insona, ad Nunc Graeca Lingua tribuat vetos Chri-
stiana, eumq[ue] talem fontem existimet, ex quo qui
bibunt, etsi nō semper summi Poetae evadant, nullus
tn tamen Poeta evadet nisi ex illo bibat. Quod
Nunc ad Rhetoricam attinet, quae veluti omnis
limpidissimus fluere ac dulces eloquentiae suae fon-
tes effundere debet, Graeca lingua ita necessaria est,
ut Orator sine hac ne minimum quidem locum
in Rhetorica, quae à Notatione seu etymologia
dicitur, accuratè scire possit. Nam quemadmodum
Nomina latina suas Etymologias atq[ue] Origines
habent, ut Cicero à cicere, Fabij à fabis nomen
traxerunt; ita est nōia, Graeca quidem, sed Latinis
usitatissima. Quis verò nomen prosapiae aut ety-
mon investigabit, nisi Graecus? Unde Para-
clitus, unde Agapitus, unde Herodius deriventur,
quis sciet, nisi Graecus? Quare si Graecae linguae
ignarj hoc nouisse volunt, Graecum aliquem
consulere coguntur; et quid si consuluerunt, si quod
voluerunt, repererunt? credunt, sed an sciunt. Sin.
reperissent Paraclitum, nescio quem vitulum mari-
num significare, hoc sanè non minus crediturj fuisse
videntur. At vos ipsos Ornatissimi Aud: interrogo
an non illi Presbyterj mirè dolendi, qui et quid